



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Ecclesiæ Venusinæ, ac deinde Æsinatis
Vicarii Generalis, &c. Formularium Legale Practicum Fori
Ecclesiastici**

In Quo Formulæ Expeditionum usufrequentium de his, quæ pertinent ad Officium Judicis nobile, continentur ; Opus Episcopis, Vicariis Generalibus,

Aliisque Iurisdictionem quasi Episcopalem exercentibus: necnon Confessariis, Parochis, Cancellariis, cæterisque in dicto Foro versantibus,
apprimè utile ...

Monacellus, Franciscus

Venetii, 1706

Clementis VIII. Constitut. XCIX. de erectione Conventuum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62406](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-62406)

natas non incurant, ex eo quia verbum *incurrunt* non importat poenam latam: & quod tale Decretum unum tantum casum punit, non cæteros ibidem contentos.

3. Verum doctrina, seu sententia hujus Auctoris videtur eludere decretum: Etenim in meo Codice Decretum loquitur per verba imperativa --- *pœnas incurrant*, quæ important pœnam latam, & non ferendam, ut docet Sayr. *de Censur.* lib. 1. cap. 11. num. 8. & cum meo Codice concordant Pac. Jord. lib. 3. tit. 6. n. 24. Barbol. in *Sum. decif. Apostolic. collect.* 254. num. 14. Nicol. in *flosc. verb. Regul.* n. 34. Concil. *Provinciale Neapolitanum editum anno 1700. in Appendice pag. 275.* Et quod pœnae hujus Decreti sint latæ sententiae, tenet in puncto *Ventr. part. 1. adnot. 23. §. num. 33.*

4. Quod autem Decretum non tantum unum casum de Dimissoriis non concedendendis Episcopo non Diœcesano, sed etiam alios ibidem expressos, in quibus defecerint Superiores, puniat, patent legenti totum tenorem Decreti, & verba in fine posita, ibi -- *quod qui non fecerint*, in plurali non autem in singulari, ut male sibi fингit Passer. concepta sunt: Quodque pœnae ibidem inflictæ sint Papæ reservatæ, patet ex verbis finalibus Decreti, & tenet Gav. in *Manual. Episc. verbo ordo in genere num. 36. & 37.*

5. Et quaterū per possibile pœnæ in Decreto contentæ non essent sententiae latæ, sed ferendæ (quod exp̄sē negatur,) possunt ne Superiores Regulares ex causis sibi placitis, & ex suspicione, aut opinione probabili, ac ingenio produc̄tis, & Legislatoriis declaratione non approbatis, illud impunē, & absque culpa contemnere, & eludere) Certe quod non, quia Decretum est Papale, eique contrafaciunt in re gravi, & ideo peccant mortaliter; nam Decreta Apostolica obligant in foro conscientiae ad illorum observantiam, Fagnan. *de communi in cap. Si quis n. 38. & 39. de Regular.*

6. Episcopi igitur non Diœcesani, rejiciant ordinandos Regulares, nisi eis constet Diœcesanos Ordinationes non tenere vel absentes, aut impeditos esse, per Attestationem Vicarii Generalis, aut Cancellarii, vel saltem per expressionem in litteris Dimissorialibus Superiorum faciendam, ut Decretum disponit.

7. Ac insuper pr̄ter hujusmodi attestationem, à Regularibus pro recipiendis Ordinibus Sacris Episcopo Diœcesano, vel non Diœcesano præsentatis, posset quoque (si placaret Ordinanti) exigi fidem Superiorum, dimissos professionem emisſe juxta præscriptum eorum Regule: Necnon juramentum manu propria Ordinandorum in actis Cancellariæ Ordinandis obsignatum registrandum, ipsos id sponte, & libera voluntate fecisse, aut ratum habuisse. Et hoc ac præcludendam yiam frequentibus reclamationibus super nullitate professionis ex capite, & prætextu vis illatæ, prout in Concil. Provincial. 2. tit. 1. Decret. 23. præscripsit Divus Carolus.

Clementis VIII. Confir. XCIX.

De erectione novorum Conventuum.

S V M M A R I V M .

- 1 Monialium Monasteria possunt trans-
ferri non solum, quando malorum
hominum periculis sunt obnoxia,
sed etiam ubi concurrit eadem ratio,
& n. 3. & 4.
- 2 Monialium Menasteria depauperata
debent uniri.
- 3 Moniales de uno ad aliud Monasterium
translatæ an teneantur denuo no-
vittare, referuntur DD. senten-
tiae, & n. 6.
- 7 In fundatione novi Conventus, diffen-
sus Regul arium præexistentium non
attenditur, quoties irrationaliter
denegatur.

C L E -